

155 Disp. IV. Part. IV. an Deo cōcur:cū caus: sec: 156

Quint. Deus fecit; Probatur consequentia; quia quod est maximè decens Deo, & congruum creatura, non denegari debet creatura, sed magnificientia, & liberalitas diuina hoc modo melius appeter; nam dando esse, & non dando completeram virtutem se solā agendi, hoc est dare esse, & beneficium veluti diminutē. Item hoc maximè faueret libertati creaturæ rationalis.

Sext. *Quinio.* Si Deus daret esse effectū, vel totaliter daret, vel non totaliter : si *primum*, ergo causa creata nihil efficit, vt volebant Saraceni, ob quod eos irridet Commentator. *Metaph.* si non concurrat totaliter, ergo est aliquid ipsius effectū, quod non est à Deo : at tam bene repugnat quod aliquis effectus non esset à Deo, quām ipse totus effectus, quia illa pars effectus esset ens, ergo dependens à Deo, aut alioquin forent duas causas totales eiusdem effectū, quod repugnat, etiam de potentia extraordinaria, secundum multos.

Sext. *Si Deus concurreret ad omnes actiones creaturarum, concursus creaturæ esset superfluus; sed hoc non, ergo Deus non concurredit immediate cum creaturis ad eorum actiones.*

Septim.

Septimo. Si concurreret Deus, aut id faceret eadē actione, quā creatura, aut diversā; sed neutrum : non eadem, quia eam potest habere causa creata se solā, eō quod illa actio non exceedat virtutem speciei agentis ; calor enim ex sua natura calefactius est, ergo ab eo alio influxu potest calefacere, atque calefacit. Deinde non potest eadem numero actio procedere à duobus agentibus totalibus ; ponatur enim calor vt septem, ille potest calefacere vt sex ad minus, si adhibeat passum dispositum ; queror dum calefacere vt sex illud passum, an Deus imprimat aliquid passo, vel nihil? si nihil, ergo in vanum concurret Deus; si aliquid, vel aliquid caloris, vel aliquid aliud : Non aliquid aliud, vt patet, ergo aliquid caloris; cumque concursus Dei sit magis potens, quām concursus creaturæ, producit calorem fatem vt sex ; ergo vt fieruerat duodecim gradus caloris, quo facto calor ille diceret producere calorem vt duodecim, quia actio non attribuitur Deo, sed causa secunda, vt fatentur Physici.

Ottavo.

Dices: ille calor calefacit vt sex, non tam solus, sed cum Dei concursu. Info, ergo calor vt septem ex sua natura non erit calefactius vt sex, quod est nullum : Non etiam concurret Deus actione diversā, alioquin deberent habere terminos diuersos, proindeque actio Dei non attingeret terminum causa secunda, sicque causa secunda effectus esset à sola causa secunda, quod est nostrum intentū : Nec actio etiam causa secunda attingeret terminum concursus Dei.

Nonages.

Otto. Et est argumentum, quo vitetur Durandus in 2. dist. 37. quæst. prima : Omnis defecitus culpabilis imputatur agenti producenti, & habenti super actum dominium, nec ignorantia defectum, ergo si Deus immediate causet actum v. g. homicidij, cū agat liberē, habeatque plenum dominium super illum actum, neq; ignoraret defectum coniunctum, certè deberet ipsi ad culpam imputari.

Confirm. Quando duo sunt inseparabiliter coniuncta inter se, quicunque sciens vt.

rumque, eligit unum, censetur quoque eligere aliud, ergo Deus eligens concurrere ad substratum peccati, censetur quoque concurrere ad ipsum peccatum : sicut mercator in nauि perlicitante eligens saluari, eligit quoque projicere merces in mare, quas tamen nolle projicere, si posset: ita eligens concurrere ad actum homicidij, censetur eligere concurrere ad eius deformitatem, quandoquidem illa deformitas non potest esse sine illo, estque inseparabilis ab eo.

Nono. Ordo agentium correspondet ordinariū: sed non possunt esse duo fines immediati vius rei, ergo nec duo agentia perfecta, & immediata respectu vius effectus, ergo aut Deus, aut creatura immediate non concurret.

Dicim. Necesse foret, si Deus concurreret cum causis secundis, vt concursus creature subordinaretur concursui Dei : sed hoc non, Probatur : disparatorum unum non subordinatur alteri, sed Deus & natura, in quantum sunt agentia, sunt disparata, quia agens per voluntatem, & agens per necessitatem se habent disparata; at causa necessaria agunt per necessitatem; Deus autem ad extra agit libere.

Undecim. Causa principalis non indiget alia ad agentium, alioquin esset tantum causa instrumentalis respectu illius superioris, quā indigere: sed datur vera causa principales creaturæ, ergo illae non indigent concursu Dei, vt operentur, aliás vt dixi, essent tantum causa instrumentalis.

Duodecim. Non est maior ratio, cur Deus concurreat cum causis efficientibus, quām cū causa materiali, & formali; sed Deus non concurreat cum his duabus, ergo neque cū causa efficiente, nam sicut se solis possunt exercere suas proprias causalitates, ita idem præstare poterit causa efficienti se solā circa suam causalitatem, tam enim est potens circa suam, quām alia circa suam.

Duodecim.

C L Y P E V S T E R T I V S.
Respondetur rationibus intendentibus
probare Deum concurrere cum causa
secundis ad earum
actiones.

Ad primam, si credendum esset Aureolo, ipsius tempore opinio contraria era: etiam solemnis in schola; Respondet enim, dum queritur, an Deus concurreat ad substratum peccati, esse duas opiniones, vnam affirmantem, alteram negantem, easq; que dicit aq; celebres; Durandus verò ait aliquos, sed non omnes sua opinioni contrariam tenere. Argentina autem dicit, quod tempore Magistri sent: opinio negans concursus esset solemnis; Ariminensis ait esse rem dubiam, licet sequatur vt probabiliter partem admittentem dictum concursum: Ochamus quodlib. 2. quæst. prima dicit non posse probari ratione naturali, quod Deus sit causa efficientis immediata omnī. Præpositius quem maximum clericum vocat S. Thomas, negat illum concursum; Petrus de Aquila in 2. dist. 14. quæst. 2. art. 3. postquam præmisit duas opiniones hac de re, hæc ait: *tertia opinio est Varonis non*

Num 12.
Soluntur rationes pro-
bantes im-
mediatum
concursum
Dei.
Ad primam
probationem
desumptam
ex autorita-
tatis Pe-
pendit.